

Disquisitio inauguralis anatomica, physiologica, pathologica, de lingua humana : quam, annuente summo numine, ex auctoritate ... D. Gulielmi Taylor ... pro gradu doctoratus, summisque in medicina honoribus ... examini subjicit / Jacobus Kennedy.

Contributors

Kennedy, James, 1785?-1851.
University of Glasgow. Library

Publication/Creation

Glasgoviae, 1813.

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/s28ywzt5>

Provider

University of Glasgow


License and attribution

This material has been provided by This material has been provided by The University of Glasgow Library. The original may be consulted at The University of Glasgow Library. where the originals may be consulted. This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
<https://wellcomecollection.org>






— Drawn & Eng'd by J. Scott —


Y. 6. 10

BIBLIOTHECA HUNTERIANA

GLASGUENSIS.


5. 2. 15.







Digitized by the Internet Archive
in 2016



Venerationem
Commemorato, Libelle Mi!
Quâ
Mentem,
Ingenium Cujus Præstantissimum
Excogitavit
Museum Hunterianum
Condidit Atque Perfecit,
Auctor Observat.

1813

DE LINGUA HUMANA

DISQUISITIO IN ANATOMIAM
ANATOMICA, PHYSIOLOGICA
ET PATHOLOGICA
LINGUAE HUMANA

DE LINGUA HUMANA.

DISQUISITIO INAUGURALIS
ANATOMICA, PHYSIOLOGICA,
PATHOLOGICA,
DE
LINGUA HUMANA

AVCTORE
D. GUILIELMO TAYLOR, SS. T. P.
ACADEMIAE GLASGOVIENSIS PRAELECTI;

AD
HONORIS GRADU DOCTORATUS,
ACADEMIAE GLASGOVIENSIS
ACADEMICI SENATUS AC ACADEMICI CONSILII
DECRETIS
PROMOVENDI IN MEDICINAE HONORIBUS AC PRIVILEGIIS
HABERE ET FRUITURUS CONSEQUENDIS,
EXAMINIS SUBJICITUR

JACOBUS KENNEDY,
SCOTUS

ANNO DOMINI, HORA LOCUTOR SOLITIS

GLASGOVIAE
EXCELSIORIS SOCIETATIS CHAETAM
MDCCCXIII

DISQUISITIO INAUGURALIS
ANATOMICA, PHYSIOLOGICA,
PATHOLOGICA,
DE
LINGUA HUMANA;

QUAM,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE REVERENDI ADMODUM VIRI,

D. GULIELMI TAYLOR, SS. T. P.

ACADEMIÆ GLASGOVIANÆ PRÆFECTI;

NECNON

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU,

ET

NOBILISSIMÆ FACULTATIS MEDICÆ DECRETO;

PRO GRADU DOCTORATUS,

SUMMISQUE IN MEDICINA HONORIBUS AC PRIVILEGIIS

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS,

ERUDITORUM EXAMINI SUBJICIT

JACOBUS KENNEDY,

SCOTUS.

~~~~~  
XIV. KAL. JUN., HORA LOCOQUE SOLITIS.  
~~~~~

GLASGOVIÆ:

EXCUDERAT ROBERTUS CHAPMAN.

MDCCCXIII.

JACOBO JEFFRAY, M. D.

ANATOMIÆ PROFESSORI

IN UNIVERSITATE GLASGOVIANA ;

DISQUISITIO HÆC,

PRIMITIAS COGNITIONUM MEDICARUM,

FACUNDIA, DOCTRINA, ET PHILOSOPHIA EJUS PRÆCLARA EDUCTAS,

CAPIENS,

ANIMO STUDIOSO GRATOQUE DICATUR.

FAXIT

PATER OMNIPOTENS,

UT FELIGITAS TUA ATQUE CELEBRITAS,

PRÆCEPTOR INCLYTISSE,

INCREMENTO VALDE ADAUGEANTUR ;

ET

PER ORBES LONGE LATEQUE

SI NON ENITUISSENT JAMDUDUM PRÆCONIA,

MIHI FUISSET MUNERI JUCUNDISSIMO,

DOCTORIS ADMODUM SUIS DILECTI

COMITATES BENIGNAS,

ATQUE PRÆSTANTIAS APPRIME EXIMIAS

DILAUDARE,

JACOBO KENNEDY.

ROBERTO FREER, M.D.

ANATOMY PROFESSOR
IN THE ALMA MATER

IN THE UNIVERSITY OF CALIFORNIA
MEDICINE THEORETICAL AND PRACTICAL

PROFESSOR
OF THE HISTORY OF MEDICINE

UNIVERSITY OF CALIFORNIA, BERKELEY

SUMMARY OBSERVATIONS

ON THE HISTORY OF MEDICINE

AND THE HISTORY OF THE ART

OF MEDICINE, AND OF THE HISTORY OF THE ART

OF MEDICINE, AND OF THE HISTORY OF THE ART

OF MEDICINE, AND OF THE HISTORY OF THE ART

OF MEDICINE, AND OF THE HISTORY OF THE ART

OF MEDICINE, AND OF THE HISTORY OF THE ART

OF MEDICINE, AND OF THE HISTORY OF THE ART

OF MEDICINE, AND OF THE HISTORY OF THE ART

OF MEDICINE, AND OF THE HISTORY OF THE ART

OF MEDICINE, AND OF THE HISTORY OF THE ART

OF MEDICINE, AND OF THE HISTORY OF THE ART

OF MEDICINE, AND OF THE HISTORY OF THE ART

OF MEDICINE, AND OF THE HISTORY OF THE ART

OF MEDICINE, AND OF THE HISTORY OF THE ART

AUTHOR

NECNON

ROBERTO FREER, M. D.

IN EADEM ALMA ACADEMIA

MEDICINÆ THEORETICÆ ET PRACTICÆ

PROFESSORI,

NUNCUPET TENTAMEN HOC

SUMMAM OBSERVANTIAM

QUA

NAVI PRECEPTORIS ET IDONEI

BENEVOLENTIAM, PERITIAM, ATQUE DIGNITATEM,

ALUMNUS SUBMISSE COLIT;

RELIGIONEM ETIAM

SOLICITUDINIS VENERABUNDÆ,

QUÆ INTEGRÉ TYRONEM EXCITAT

NUMEN OPTIMUM MAXIMUM CIERE OBNIXEQUE ROGARE,

UT TIBI ELARGIRETUR,

DOMINE PRÆCELLENS,

CLARITUDINEM ET FAUSTITATEM

PROMERITA VIRTUTESQUE TUAS VERECUNDAS ÆQUIPARANTEM,

QUÆ PECTORE APERTO CONFITERI

VALDE PERGAUDET

AUCTOR.

ROBERTO TIERRE, M.D.

IN LECTURIS ANATOMIAE

MEDICINAE THEORETICAE ET PRACTICAE

DE FLING

PROFESSORI

UNIVERSITATIS GUYANAE

GEORGIAM CIVITATIS

AT LOND. 1. 1860. 1861.

GRATULANTUR, FAMILIARIS ATQUE DIGNITATIS

ALUMNI STUDII SOCIETAS

ALMA MATER LOND. ANIMABUS REGIS

EDINBURGH 1861

UNIVERSITATIS GUYANAE, LOND. 1861

COLLEGIUM LOND. 1861

UNIVERSITATIS GUYANAE, LOND. 1861

UNIVERSITATIS GUYANAE, LOND. 1861

UNIVERSITATIS GUYANAE, LOND. 1861

UNIVERSITATIS GUYANAE, LOND. 1861

UNIVERSITATIS GUYANAE, LOND. 1861

UNIVERSITATIS GUYANAE, LOND. 1861

UNIVERSITATIS GUYANAE, LOND. 1861

UNIVERSITATIS GUYANAE, LOND. 1861

UNIVERSITATIS GUYANAE, LOND. 1861

UNIVERSITATIS GUYANAE, LOND. 1861

UNIVERSITATIS GUYANAE, LOND. 1861

UNIVERSITATIS GUYANAE, LOND. 1861

UNIVERSITATIS GUYANAE, LOND. 1861

UNIVERSITATIS GUYANAE, LOND. 1861

UNIVERSITATIS GUYANAE, LOND. 1861

UNIVERSITATIS GUYANAE, LOND. 1861

UNIVERSITATIS GUYANAE, LOND. 1861

UNIVERSITATIS GUYANAE, LOND. 1861

UNIVERSITATIS GUYANAE, LOND. 1861

UNIVERSITATIS GUYANAE, LOND. 1861

UNIVERSITATIS GUYANAE, LOND. 1861

UNIVERSITATIS GUYANAE, LOND. 1861

UNIVERSITATIS GUYANAE, LOND. 1861

UNIVERSITATIS GUYANAE, LOND. 1861

UNIVERSITATIS GUYANAE, LOND. 1861

DISQUISITIO
DE LINGUA
INAUGURALIS.

~~~~~  
AUCTORE JACOBO KENNEDY.  
~~~~~

ALMA Rerum Parens animalibus organa propriis muneribus insignite aptata impertivit. Figurâ pulcherrima, consensuque partium idonea, molem cælestem scientiæque et philosophiæ indagationes illicientem proferunt. Ea destinata exterorum affectus in mentem tradere, quanto in formatione involutiora tanto facultatibus concitandi exquisitiora. Hac distributione tam beneficâ illi viventi oblectationis et felicitatis rationes sunt maxime variatæ qui sensibus cernendi et attingendi, audiendi olfaciendique, et gustandi statu integerrimo fruitor. Partium structura, utcunque implicita, quarum operâ animo eorum sensuum motus per actum sentiendi conferuntur, enodationem graviolem studioſamque meretur. Hæc conatum rerum principia in-

vestigare stimulando, artes et studia colit, dum cogitatis grandioribus sapientiæ, benignitatis, numinisque Patris Omnipotentis animas impleat.

HÆC periclitatio descriptionem Linguæ, organi viventium eximioris, quæ materiam scrutationis præbeat, imaginationes detinentem, et animi cultui faventem, aggredietur. Digestio clarior, id consilium peragere videtur; Organi tam perpoliti discrete propendere

I. ANATOMIAM,

II. PHYSIOLOGIAM,

III. PATHOLOGIAM.

I. ANATOMIA, situm, materiam, partitiones, papillas, musculos, ligamenta, vasa sanguinea, nervos, glandulas, ejusque vasa lymphatica, osse quoque hyoideo, cognoscendo, linguam depingit.

1mo. LINGUA, tenue, planum, est volubile viscus, illam oris partem tenens quam limes alveolaris inferior amplectitur. Adultis, plus duobus dilatatur, et pene quinque pollicibus patet, ab osse hyoideo de quo sursum versus tenditur. Crassitudo ejus, profunditate limitis alveolaris inferioris definitur. Ore conclauso, apex cameram palatinam anticam attingit, et tam amplius est organum quo capacior sedes circumdans.

2ndo. LINGUA fibris mollibus musculosis quâdam materiâ adiposâ admistâque et varie distributâ constat. Inter eas congeries nervulorum, glandularum, et vasculorum implicate sciteque intertexuntur.

3tio. *BASIS*, apex, facies supera et infera, portionesque duæ laterales sunt linguæ partitiones.—*Basis* postremam etiamque linguæ inferam et partem crassiorem componit. Summo ossis hyoidei, et epiglottidi operâ tunicæ duplicatæ annectitur.—*Apex* ad frontem rotundatur, et magis magisque tenuatur, cumque marginibus linguæ, illorum nervulorum papilliformium qui sapiendi accipiunt voluptates, plurium sedes tenet.—*Facies* linguæ inferior est inæqualior et duabus projecturis jugo disjunctis consignata. Mediâque parte anticâ *Frænulum Linguæ* oritur. Hæc est plica cuticularis quæ linguam maxillæ inferiori alligat. *Faciei* superæ dorsum est nomen. Planitiem a base ad apicem prolatatam, nisi in media, quâ nonnihil cavi tenet, facies supera exhibet. *Linea Mediana Linguæ* pluribus anatomicarum scripturarum conditoribus expressa, vero extantem rem non sed sententiâ ostendit.

POSTICAM ad dorsi partem est fossula brevis, apparatus secernentem papillarum glandulosarum formantium ora ductuum angusta salivarium continens. Homini celeberrimo et doctrinâ atque anatomicarum artium studiis eruditissimo honorem reddere, hoc *Foramen Cæcum Morgagni* ¹, qui ad partes describendas dedit primitias, est appellatum. Sed verbum ne *Foramen* aptius interstitium vacivum prorsus rem aperiens valeat? Hæc certe est duntaxat cavernula

orbiculata et pappis nervosis quibus dense obumbratur, Foveolane Papillosa nuncuparetur?

4to. IN facièm superiorem orasque linguæ corpuscula mammiformia permulta magnitudine dissimiliaque formâ distribuuntur. Hæ contextu figurâque Papillæ dicuntur, quæ et in quatuor genera divisæ exprimantur.—Truncatæ aliis majores componuntur rei densatæ vasorum sanguineorum nervulorumque connectæ et per texturam cellulosam arcte conjunctæ. Earum stipites imo fossulæ, in quâ papilla quasi videtur in nidulo reposita, exoriuntur. Culmina earum, soluta longiusculaque folliculorum glandulas salivarias formantium, ora infundibiliformia commonstrant. Per linguæ dorsum conspersæ, papillæ truncatæ cum frequentes angulum acutum V confingunt, cujus apex in Foramine Cæco desinit.—Fungiformes similitudine fungis vocantur. Mediam anticamque dorsi in partem, mitratæ, et oculis suppetiis exutis aspectabiles, politæ enodesque, constituuntur. Instar truncatarum, aperturis sunt fistulatæ per quas follicula muculenta emittunt succum viscidum, partes circumambientes madefacientem.—Pyramidales in coni modum figuratæ, inter alteras et in partem dorsi anteriorem dispositæ, minutiores sunt et frequentiores, dispaesque magnitudines sedibus disparibus tenent. Posteriores multo magis crassæ sunt et arrectæ, exiles limesque anteriores assurgunt.—Papillæ quarti generis in apicem orasque

linguæ subsellia obtinent. Rubicundæ sunt micantesque, facultate etiam propriâ fruuntur et teneriori sapida sentiendi.—Delicias gustandi voluptuarias papillæ linguales deferendi ligurientibus vices peragunt. “ Ces papilles,” ut inquit Boyer² vulnerarius augustalis, “ sont formées par l’épanouissement des filets nerveux de la branche linguale du nerf maxillaire inférieur, qui s’élèvent sur la surface de la langue, pour être l’organe immédiat du goût. Ces filets nerveux sont environnés d’un lacs de vaisseaux sanguins qui leur est uni au moyen d’un tissu cellulaire très-fin, mais assez serré.”—Morte obitâ papillæ extemplo firmitatem deperdunt, comiterque attritæ corpusculis tractabilibus fastigiatis consimiles depromantur.

5to. MUSCULI linguales in duos ordines partiti—interni, ipsi organo proprii, et externi, qui aliis partibus alligantur sed quibus agentibus opitulantur motusque linguæ consummantur.—Ordini primo, dorsalis, transversalis, et sublinguales; secundo, stylo-glossi, hyo-glossi, et genio-hyo-glossi, attinent.—

ANATOMIÆ periti efficientiam linguæ mobiliorem cernentes, stamina quædam musculosa per hoc organum pervarie disponi assumpserunt. Sed vel proclivitas vel facultas deseruit eorum distributionem dignoscere, quo certis finibus includatur. Musculi ejus interni seorsum elucidentur eum ordinem indagando, quam noster inclytissimus Anatomie Professor tantâ doctrinâ

et peritiâ constituit. Perspicuitate et evidentiâ, quas in eas machinæ animantis partes tam inexplicitas et involutas perquirendo semper patefecit, opibus medicis philosophicisque plus vice simplice astruit.—

INTEGUMENTIS per dissectionem facie linguæ superiore amandatis, musculus extentis per longum dorsi fibris decumbens in conspectu sese prosternit. Dorsalis, ob situm, seu Lingualis Superior sit ejus nomen. Base exoriens et per faciem superam in directum porrigens, in apicis frontemque se tenet insitum. Dorsum omnino superobruens, vi potitur linguam retrahere subserviendi, et cum illud organum dispaniditur, attollere strenueque apicem reflectere.—Semoto dorsali, collocationem habens perpetem musculus alter supereminet. Conformatus est aperte ex transversis contractilibusque musculosarum fibrarum fasciculis, datque sibi in utrâque linguæ orâ metam. Quamobrem Transversalis seu Medius Linguæ nuncuparetur. Musculus, quandoquidem se cogendi ad centrum ejus fibræ virtutes insumunt, linguam coangustando, margines ejus erigendo, eamque canaliculatam agendo per quam modulamina alterna simulentur, vires factitare delectat.—Infra transversalem sed linguæ prope oras utrasque, inter etiam hyo-glossum et genio-hyo-glossum, faciemque inferam integumentis velatam tenus formantes, compares musculi positus implent. Radice admodum ipsâ exorientes, apici prolatantesque se immiscere, Sublinguales seu

Linguales Inferiores seu Recti Linguae Inferiores ob situm tenerent nomen. Lingua dispansâ apici devexitatem tribuendo eamque reflectendo vires adferunt. Singuli ad latera ducunt, lingualis sublingualesque pariter agentes, organum solidum brevius ad radicem contrahunt.

MUSCULI linguae externi, partium de quibus exeunt quibusque se adiungunt rationem ducentes, stylo-glossus, hyo-glossus, et genio-hyo-glossus nominantur.— Stylo-glossus tendineus carnosusque provenit fronte processus styloformis ossis temporalis, sæpius a ligamento etiam quod inter hunc et maxillam inferiorem intercedit. Hinc paulatim latior, denuo tenuior et inflexus, inferiorem linguae tangit marginem, indeque ad apicem procedentes fibræ in eam sese incomperte deperdunt. Agentibus singulis, oblique in latus et retrorsum attollitur, comparibus stylo-glossis lingua reducitur.—Hyo-glossus exorians tribus fasciculis notari potest. Prima pars cornû ossis hyoidei oritur carnea, pedetentimque contractior scandit. Fibras suas in posteriorem, inferiorem, et lateralem linguae partem dispergit, quousque stylo-glossum contingit. Altera insignior base ejusdem ossis exsurgit, priori linguae parti adjacet, sensimque ducta in eam se tenet immissam. Tertia, ab appendice enascitur, et lateri inferiori radice linguae juxta lingualem, genio-hyo-glossorum musculorum initiaque inseritur. Musculus, cum stylo-glossus, lateralem et

anticam linguæ partem deorsum ac retrorsum versus trahendo exerit vires. Linguam, quando canaliculata sit, adæquat. Pare suo quiescente, cum fibras pellat, eam oblique ducit, anteaque firmato illo organo per genio-hyo-glossos et genio-hyoideos, os hyoideum attollit.—Genio-hyo-glossus musculus est flabelliformis, tubere aspero maxillæ inferioris supra internam, tendinosus exoriens. Ejus fibræ priores brevissimæ, posteriores sunt longissimæ. Confestim fibris insigniter passis, retrorsum ad linguæ posteriorem, crassus discedit. Fasciculum gracilem, ossi tendineum hyoideo tandemque adjunctum, ab inferiori emittit. Retrorsum et sursum etiam cuti pharyngis, nonnullas tamen hyo-glossi parti mediæ, constrictore pharyngis superiori, stylo-glossoque commistas, idem fibras impertitur. Genio-hyo-glossi ubi compares radici linguæ sese attingunt, ibi vel ab iis, vel ab ipso organo ad ligamentum medium epiglottidis dorso inserendæ, fibræ ascendunt. Fibrarum in directionem, linguam in priora, et cum eâ pharyngem quam contrahunt attollendo, ex oreque proferendo, marginesque ejus et ideo organum ipsum diducendo, inflexis et vero fibris retrorsum tractis faciem superiorem faciendo concavam, vires exhibent. Fibræque revera ad epiglottidem abeuntes eam in anteriora elevant. Deducto et firmato osse hyoideo, ad os aperiendum a superiore maxillam inferiorem auferendo facillime opera conferunt.

U^oxto. LINGUA, non musculis solum, sed copulis ligamentariis in situ habili retinetur. Frænulum Linguae, plica extantior membranæ interioris oris linguamque advelantis, horum ligaminum est insignius. Curvamen partis etiam genio-hyo-glossorum prioris, linguae apice ad medium tantum non interstitium dentium incisorum integit. Motus hujus organi, se offerendo illi nimius æquo retroactò frænulum temperat; sed, cum prebrevior est, munera ejus subacta ducendo matris ubera lactentibus annis infantulos præpediunt. Res cum ipsa indicet ligamen sit dissectum—cura non operosa, sed quam crebro permolestæ consecutionesve ancipites, hæmorrhagiâ superveniente, sectantur. Conditio quando talis provenit, puerulus insons in alvum demerget sanguinem, et viribus attritis casisque animam exhalat. Frænulum etiam, ut Spigellius^s venerandus habet, “si longius sit, ut ad dentes usque priores exporrigatur, impedit linguæ (quemadmodum sæpe in pueris videmus) liberum motum adeoque tunc sermoni plurimum officit, unde peculiaris huic negotio chirurgica operatio dicata est.”—Ligamina cætera lingualia, tenui plicâ membranaceâ, quæ per medium lateris epiglottidis gibbi ad linguæ radicem tendit, et iis qui semi-arcus contegunt inferiores septi-palati, efficiuntur. Partium majus finitimarum hæ sunt prolationes. Lateralia membranæ sunt stylo-glossi aponeuroticæ vi resiliendi præditæ, quæ parti inferiori mus-

culi pterigoidæi interni leniter adhærescunt, linguæque concinnitatem materiæ præbent.

7mo. SANGUINEA linguæ vasa, arteriæ lingualis, dorsalis, ranina, sublingualisque sunt, et insuper venæ linguales.—Arteria lingualis anteriori carotidis externæ enascitur, eamque supra partem ubi thyroidea et submaxillaris oriuntur, angulum etiam parte stipetis superiori acutum faciens. Interdum sub arteriâ quoque labiali consurgit, et sæpe est eâdem in communem truncum conflata. Appropinquans ductu serpentino ossis hyoidei cornu, medioque constrictori pharyngis arteriolas inferens, ramo hyoideo emisso, antrorsum sursumque versus itinera deducit. Ramus Hyoideus, ut celeberrimus Johannes Bell ¹, Edinburgenus, habet, “seems to be very necessary, because it is a very constant branch, and when it does not come from the lingual, it infallibly arises from some other, commonly from the labial artery.” Musculum genio-hyoideum, sterno-hyoideum, coraco-hyoideum, digastricumque, arteriolis thyroideæ superioris anastomosita lingualis fovet. Glandulæ submaxillari quoque ramulum tenuiorem subinde immittit. Hyo-glossum transcendens, per linguæ marginem per plurimos distribuens quâquâversum ramusculos, quorum surculi cum surculis comparis rami confluent, quousque in frontem linguæ sese conspectu subducens pedetentim aditus intendit.—Dorsalis, ad stylo-glossi adjunctionem linguæ, arteriâ linguali able-

gatur. Organi illius ad latus primum, ad medium deinde, super etiam radicem, quo arteriæ retinacula depingentes paribus sese adjungunt, profectum dirigit. Præcipui ejus rami in stylo-glossum, dorsum, et retrorsum in epiglottidem, pharyngem, amygdalasque distribuuntur.—Linguæ ad mediam in ramos duos arteria lingualis diffinditur. Alia sublingualis, ranina alia arteriola vocatur. Sublingualis latere interiori lingualis arteriæ exoritur, glandulamque sublingualem, musculum genio-hyoideum, mylo-hyoideum, et digastrum, cutemque etiam ramusculorum frequentiam fovet. Denique in mentum obtutum effugere oculorum transcendit.—Ranina ramum alteram majorem arteria format. Linguali discedens, per genio-hyo-glossum, et radicem, linguæ carnemque ad apicis usque frontem irrepit, ubi comparis termitibus anastomosin sustinet. Hæc est arteria cui, Frænulum Linguæ interscindendo, sauciationes impendunt.

VENÆ linguales æque quam alteris corporum partibus, arterias comitantur. Non intellectæ ex organi materiâ obrepunt, sanguinemque, muneribus propriis absolutis, in superiorem venam thyroideam sæpius quam in jugularem internam, manantem transfundunt. Ea linguali arteriæ sociata, venulas in linguæ marginem aspicientibus conspicuas, quæ surculos etiam recipiunt membranâ oris, glandulâque sublinguali, musculo necnon mylo-hyoideo, hyo-glosso, stylo-glosso, con-

strictore pharyngis superiori, in sinum complectitur. Frænuli Linguae ramus sæpissime compari, lingualesque ramusculis itidem quos pharyngea venaque thyroidea in linguam tradunt, anastomoses frequentiores exhibent. Præter venularum tamen venis, ramulorum ramis, surculorumque coitus surculis, tributiones arteriarum venarumque lingualium solutiores revera inter sese extare, assectatio partibus instructa demonstravit. “ J’ai rempli,” ut tradidit scientissimus Professor Portal⁵, Parisiensis, “ de mercure les veines de la langue en injectant l’une des artères linguales, et j’ai développé, par cette injection, un lacis artériel et veineux, formé de rameaux si nombreux dans l’intérieur et à la surface de cet organe, qu’il seroit difficile d’en donner une description précise, et d’ailleurs un trop long détail seroit déplacé ici : mais, quand on connoît cette grande quantité de vaisseaux, on ne doit pas être surpris que les plaies de la langue fournissent une si grande quantité de sang qu’elles le font. On ne doit pas être étonné non plus que, lorsque la circulation du sang est ralentie dans les veines ranines, la langue se tuméfie, se gonfle ; qu’elle rougisce et qu’elle laisse même transsuder du sang. Les auteurs en ont cité plusieurs exemples, et j’en ai eu aussi sous les yeux.”

8vo. ACCIPIT facultatem sentiendi et agendi lingua collationibus nervosis paris quinti, octavi, nonique, ramis itidem horum nervorum qui nervulos dispartitos

in partes affines implicant. Gustativus seu lingualis rami tertii paris quinti, Glosso-pharyngeus, paris octavi ramulus, et Hypo-glossus seu lingualis major, par nonum formans eorum nervorum qui proveniunt cerebro, sunt edisserendi.—Ramus tertius paris quinti, seu nervus maxillaris inferior, per foramen ovale cranii interiori excedit, et musculus externum pterigoideum subeuns duos in ramos, maxillarem lingualemque, se disparat. Lingualis compari dissocians per portionem petrosam ossis temporalis portioni duræ paris septimi seu chordæ tympani in aurem videnti, ramusculum aversum emittit. Nervus descendente progressum et obliquum tenens, in glandulas salivarias musculos etiam inter linguam maxillamque positos, ramulos complusculos relegat. Fila simul quædam ganglion minutulum conformantia glandulam introeunt maxillarem, eamque sentiscendi facultate enutrient. Ramus inter musculus hyo-glossum glandulamque sublingualem pervadit frondiferus, nervulis atque paris noni anastomoses per frequentiores dispendens, in gingivas et membranam intima ora velantem sensim sensimque irreptat. Perductus nervus gustativus sarcinulâ ramulorum fasciatim dispositâ exitum petit. Germina eorum alte in linguæ materiam exuberantia insinuant, et per dorsum pullulantia papillarum arrectarum formâ nitidissimâ, muneribus funguntur. “The sense of taste.” ut tenet, spectatione tamen deficiente, solertior Carolus Bell⁶, the

impression of which is received upon this nerve, is seated in the edge and anterior part of the tongue: the action of the tongue against the palate forces the sapid juice of the morsel to extend to the edge of the tongue."

VOCAMEN ortu, progressu, immissioneque partium, nervus glosso-pharyngeus accepit. Particulâ cerebri oriundus post nervorum auditoriorum primordia et ante superque originem quam tenet par vagum, in aspectus oculorum appropinquat. Formatur compluribus filis in ordinem directis, quæ parte medullæ oblongatæ laterali et postremis ripulis corporum pyramidalium progrediuntur. Duram matrem proprio diverticulo nervus perfodit, et per foramen ossis occipitis lacerum peregrinationes orditur. "Ce nerf," autumat Portal, "étant entièrement indépendant dans son origine, dans son trajet, et dans ses terminaisons, du nerf vague ou huitième paire de Willis, avec laquelle cet anatomiste et la plupart des modernes, l'ont confondue, nous ne croyons pas devoir suivre leur exemple: nous pensons, au contraire, devoir en traiter séparément, comme l'ont fait Haller, et ensuite Vicq-d'Azyr." Cranio emergens, pari vago versus linguam interjacens eam venamque jugularem internam, glosso-pharyngeus amovetur. Unicum faciali nervo et binos sæpe vago nervulos acceptans, sub carotide internâ in eam nonnullos ramusculos demittens tenuiores, continuo per stylo-hyoideum ei surculos etiam elargiens ventricule posticæ

musculi digastrici, ubi semet asciscunt ramuli ejus
 ramis facialibus, calles devias scitissime tentat. Proger-
 minat exinde in ramos dispersos, quorum unus inter
 musculum stylo-glossum et stylo-pharyngeum pervadit
 vim illis nervosam contribuens. Truncus linguam attin-
 gens per eam in longum meat, germina etiam donans
 stylo-glosso, hyo-glosso, et genio-hyo-glosso, quorum
 fascies musculosos illud organum perreptantes consociat.
 Ramus alter ejusdem nervi retrorsum sursumque con-
 scendens hypoglosso coalescit, et ramulos quidem com-
 plures arteriæ carotideæ venæque jugulari internæ, lar-
 gificus distribuit. Thoracem hi porriguntur quo ramis
 sympathetici maximi concrescentes, formando compli-
 catas indagines cardiacas pulmonariasque ministrant.
 Glosso-pharyngeus, ramo linguali relegato, maxime im-
 minutus stipitem, ramos, ramusculosque plurimos ad
 posteriora dirigit summæ pharyngis, membranam cujus
 internam mulcet, et surculis quoque paris vagi, maxi-
 mæque sympatheticæ propinquioribus surculos conjun-
 git.—“ Ces nerfs⁷ concourent à entretenir la corres-
 pondance de la langue avec la pharynx. On peut
 expliquer, par la communication qu’ils établissent entre
 ces deux organes, pourquoi les forts stiptiques qui agis-
 sent sur la langue produissent le reserrement du phar-
 ynx ; pourquoi l’émetique agissant quelquefois sur la
 langue seule excite convulsion du gosier. L’absinthe,
 dans l’instant même qu’elle exerce son action sur la

langue, produit une contraction permanente et violente du pharynx, et n'exerce aucun effet sensible sur la membrane pituitaire, tandis que la moutarde produit une impression sur celle-ci, et n'affecte pas le gosier."—

LIRA inter corpora pyramidalia olivariaque medullæ oblongatæ radicularum fibra; fasciculo simillimas fastigiato, duram matremque singulatim permanentes hypoglossus obtinet. Nervus, his capillamentis conjunctis, per foramen ossis occipitis condyloideum cranio abscedit. Operâ filorum cellulosorum alternationumque nervulorum proximorum, et ramulos accipiens nervis cervicalibus pari octavo etiam adhærescit. Latus venæ jugularis internæ desub musculis styloideis prætergrediens, infra arteriolamque occipitalem arteriæ carotidis internæ excedens, ramum cui nomen est Descendens Noni disponit. Hic super arteriæ carotideæ truncum sub venâque thyroideâ, surculos creberrime recipiens itinera deorsum prolatat. Conjunctione horum conformatur ganglion quo nervus permultos nervulos tenellulos superficiariosque musculis omo-hyoideo et sterno-hyoideo uberrime tribuit. Hypo-glossus ante carotideam arteriam externam præteriens antrorsum vadit sub ramis venarum majoribus ad os hyoideum, ubi sursum versus sub musculis stylo-hyoideo digastricoque inter etiam stylo-glossum et hyo-glossum sese flectit, ibique nervulum deorsum in partem juguli anteriorem, et præcipue musculus sterno-hyoideum, thyro-hyoideumque transmittit. Cursum

nervus etiamnum proferens, ramusculos in maxillam inferiorem glandulam submaxillaremque varie distributos confertim jaculatur. Linguam quoque filis numerosioribus inter ejus musculos illatis foveat. Hi nervuli catervatim per omnes illius organi partes pulcherrime egerminant, ramis in ramulos plures plurimosque sursum frondentibus itidem sese ordinant, et cristulas penicillis similes figurantesque papillas linguæ sentientes, eximie suppeditantur. “ J’ai vu,” effatur Vicq-d’Azyr⁸, vir summis animi peritiæque dotibus instructus, “ dans un sujet, le nerf lingual (*hypo-glossus hujus tentaminis*) formé de deux branches principales assez distantes l’une de l’autre : la supérieure étoit composée de cinq à six filets, et l’inférieure de trois ou quatre ; cette dernière étoit plus externe, et naissoit plus bas que l’éminence olivaire. L’origine de ces nerfs n’est pas toujours semblable de deux côtés ; il y a souvent un ou deux filets de plus, et un écartement plus considérable entr’eux, d’un côté que de l’autre. La distance qui sépare les racines de ces nerfs est quelquefois considérable ; et le plus souvent elles ne se réunissent, pour former le tronc, qu’après avoir percé séparément la dure-mère. J’ai pris dans différens sujets quelques dimensions que je rapporte ici pour donner une idée exacte de la position respective de ces différentes parties. Entre le filet le plus élevé du nerf lingual et la protubérance annulaire il y avoit dans un

sujet deux lignes un quart, et dans un autre deux lignes et demie de distance: entre le dernier des filets du nerf lingual et le plus élevé de ceux du nerf sous-occipital il y avoit deux lignes de distance, et le nerf sous-occipital étoit séparé de la premiere paire cervicale par un écartement d'une ligne et quart."

9no. GLANDULE partes sunt corporis organicæ, vasis sanguineis absorbentibusque, nervis etiam, compositæ. Laticem quemdam irrorantem secernendo et ad usus proprios aptando, ipsarum potentias occupant. Pertinentes in linguam eæ quam papillarum greges forsitan sunt innumeræ, sed tam scitulæ ut discernere alias ab aliis et designare prohibeant. Hoc organo verum sublingualis positum tam finitimum tenet, quò edisserari structura ejus mereatur. Conglomerata est glandula et salivaria, formâ paris composita, longulâ etiam figurâ et angustâ sub facie linguæ inferiori prostrata. Comparem in utroque latere compari genio-hyo-glossus discludit. Membranæ oris externa, linguæ pars supera materiæ aptata convenit, et infera musculo mylo-hyoideo objacet, qui inter eam maxillaremque locum occupat. Obtingit aliquando duas glandulas dilatione maxillaris per musculum transmissâ congressus habere. Terminus sublingualis anticus symphysin limitis alveolaris inferioris appropinquat, posterior per musculum genio-hyo-glossum densior distribuitur. Permulcetur glandula sanguine in ejus materiam manante arteriis

sublingualibus, raninis, submentalibus. Venulæ ramulis arterias cognomines sociantibus metam belle rimantur : nervus lingualis hypo-glossusque vires nervosas lobulis ejus præbent. Ductus hiantes semper innumeri, sed eorum distributio tam dissimilis est quam omnibus fere anatomiae gnaris eorum descriptiones multimodis exarantur. “ Les deux dispositions suivantes,” ut notat verecundus Roux⁹ qui opera præcellentis Bichat perpetuat, “ sont les plus communes : ou bien plusieurs conduits très-déliés sortent de la glande et vont directement s’ouvrir, par un trajet tres-court, sur les côtés du frein de la langue ; ou bien, indépendamment de quelques-uns qui se comportent comme dans le cas précédent (*la soumaxillaire,*) un assez gros se réunit à angle aigu à celui de la sublinguale, dans le milieu environ de son trajet cette dernière disposition m’a paru plus fréquente qu’on ne l’indique ordinairement. J’ai vu aussi ce conduit presque aussi gros que celui auquel il se joint, et cependant le canal commun n’être pas notablement plus considérable que l’un d’eux.”—Glandula sublingualis, parotidea tanquam, submaxillaris molarisque, folliculi etiam glandulosi per materiam linguæ dispositi, laticem illum salivarium qui masticationem deglutationemque expedit, et epularum concoctionem conducit, secernendo muneribus funguntur. Laborem tam opus sustinere, fila emittunt discreta per glandulæ lobos multifariam germinantia, iterumque coagmentata ut

ductus excernentes distinctos figurent, qui antequam in os dehiscentes aliquantulum exporriguntur.

10mo. LYMPHATICA simul vasis lacteis intestinorum apparatus viventium absorbentem conficiunt. Innumerales sunt fistulæ prætenuiores, tenellulæ, perlucidæ, omni corporis parte nascentes, et lympham illimem, quæ rorans in ductum stillat thoracicum, sorbentes. Lingualia vasa lymphatica partim glandulas aliquot vasis sanguiferis contiguas percurrunt, partim in glandulas circa radices jugularis internæ venæ recta se trajiciunt. “ Les anatomistes,” dicit Portal, “ ont aussi découvert dans la langue des glandes et des vaisseaux lymphatiques qui communiquent avec de plus gros vaisseaux de la face et du cou ; j’en ai vu plusieurs de bien distincts : il y a aussi des espèces de glandes salivaires dans l’enveloppe de la langue, pareilles à celles qu’on découvre dans la portion de membrane qui revêt le palais, les joues et les lèvres.”

11mo. Os HYOIDES, exiguum, pensile, lentum, inter linguæ radicem et laryngem, antequæ tracheam, colit situm. Persimilem U Græcorum seu maxillæ inferiori, reversum componit fornicem, cujus extrema pars retrorsum, media antrorsum convexa, tenditur. Basis, cornuum, ejusque appendicum lustramine, os depingitur. Ingentior, latissima, quadrata, est basis, partemque mediam ossis constituens. Cornua utroque basis latere ad posteras gutturis relabentia, productivis ligamentis stylo-

ideo ossis temporalis processui alligantur. Appendices, utrinque cornuum ortu arrectæ concrescunt, oblongæ, tumidulæ.—Constat os hyoides linguæ fundamen, quo musculi ¹⁰ perplurimi tendentes illud organum, mentum, pharyngem, sternum, scapulæque processum coracoideum pertingunt. Sellam epiglottidi quidem præbet, dum cornua ejus jugulum amplectentia, adoperta asperæ arteriæ œsophagique ora conservent. Materia ossis hyoidis est cellulosa, et lamina externa solida ipsum protegit. Fœtui in lucem suscipi tempestivo textura est cartilaginea, particulis basis in mediâ singulisque cornibus exceptis, quæ cum appendicibus lente in ossa vertuntur.

ANATOMIA COMPARATIVA linguas animalium inferiorum organa esse minus formosa et eximia quam hominum, probavit. Mammalia suas tenent vestitas papillis, quæ pollent et cuspides retrorsum ostendunt quò comedentes pascendo opitulentur. Aves linguas corneolas minimeque flexiles, et pariter nervorum præmiis valentibus deficientes afferunt. Pisces lingualibus papillis non videntur potiri. Generibus eorum perplurimis organum est dentatum, cæteris rem glandulosam palato affixam et in viventi angores perditæ suscipientem, habet. Insecta plerumque exuvias cibarias capessendo intendunt linguas, quæ facultate sentiendi minime fruuntur. “ But the accurate observations of

Professor Knoch," inquit Blumenbachii interpres Anglicus¹¹, "render it very probable that the posterior pair of palpi, or feelers, possesses the power of taste in several of this class." Vermes, si eis ullum sit, organo potiuntur, cujus munera hactenus scrutationes physiologorum iteratas evitaverunt, et materiam idcirco contemplativam non demonstratam cultoribus studiorum entomologicorum largiuntur.

II. **PHYSIOLOGIA** machinæ spirantis partium investigationibus munera constituta evolvit. Dijudicavit idcirco linguam esse organum quo multâ ex parte Linctus, Exspuitio, Suctus, Masticatio, Deglutitio, Gustatio, Loquela, ad effectum perducuntur.

Imo. **LINCTUS** ea linguæ notat gesta quibus liquentes, emollitas vel leves materias superficie exterorum detrahit, et ori committit; seu illa quibus succum labiis humectantem adhibet.—Nisi propensionibus juventæ minime edoctis impulsa, seu consuetudinibus animorum degenerum indecoris lingua humana potestates externa lingendo perraro insumit. Bestiæ tamen linguam pecuariam expedite efficienterque pabula capiendo usurpant. Si victus sit solutus vel fluidus animal vescendo lambet; si herbæ, flores, arborumve comæ frondatione juvat depascere. Facta hæc gerendo lingua ore musculis extendentibus propellitur et in fluidum illico demergitur seu corporis densioris lateri adhibetur;

quando actione musculi transversalis impeditâ aliquantulum eâ stylo-glossorum, genio-hyo-glossorum, dorsalisque, apex ejus et margines, sic ut formam haustri exprimant, sursum versus convertuntur. Contractilibus inde parum reductis celeriuscule sublevatur lingua, cum subitaria contractio et valida organi totius perficiatur dorsali, sublinguali, et externis quoque ejus musculis universis. Epularum eâ viâ modica vis in ora sumitur sorbeturque sine morâ, et qui lambit etiam iterationi ejusdem operæ se concinnat ut appetitu vel edendi ardore prematur.—Linguae munus alterum hoc modo perfungatur. Apicem salivâ madefactum mediocris contractio alarum posterarum genio-hyo-glossorum inter labia provehit; stylo-glossus alius exinde contractens organum in angulum oris proximum devehit, cum alius dorsali juvatus musculo qui apicem paululum reflectit sursus, illud in ambitu sub comparis potestate circumducat. Officii hujus perfectione humores irrorantes admoventur papilliferis labiorum marginibus, qui materiei lentitiam, coloribusque nitores inde recipiunt.

2^{do}. **EXSPUITIO** linguae labiorumque conamine fluida oribus deturbandi gesto fungitur. Præter eas detractiones humorum abnormes repletionibus, incitatione vomitiones proritantes, effusionibusve hæmopticis inductas, hoc officium se profitetur emittendo eam quæ superest undæ lubricantis, effusæ pendentibus osculis glandularum muciparium qui in ora, fauces, pulmon-

esque oscitant. Secretio hæc est homogenea facultates pituitosas, salivarias, mucosasque tenens, folliculis glandulisque totius oris interni stillans, et quæ superficiem oblinendo partium uredinem prævenit eorumque motus faciliores expedit. Cum pars quælibet hujus pituitæ, tussiendo vel incitatione quâpiam de acto vel desiderio in os spuenda ducitur, actutum in dorsi frontem linguâ congeritur, qui prorsum inter labia agentibus genio-hyo-glossis sustinetur. Sociatis laboribus omnes linguæ muscoli contractiles illi organo retractionem tradentes properam, comitatique repentinâ expiratione aëris simultaneâ pulmonibus ministeria propria moliuntur, cum sputismata exilire de hoc positu, aurâ per faciem superam verrente, urgeantur. Exspuitionis his modis peragitur factum, et organum operando ejusdem muneris iterationem denuo accingitur, toties regressus quoties excretionis muculentæ postulet.

3tio. SUCTUS in universum trahendi aliud comprehendente alio tenuationem aëris elaborando, actum ostendit. Siquidem lingua opes solum ministrat gesto illo, quo lac maternum mammâ altricis nectareâ emulgetur, modum quo operam ad summum ejus officii navat, hoc concionis membrum complectetur. Mammæ in anteriorem regionem lateralemque thoracis eminent, et exadversum fere extremo osseo costæ sextæ in utroque latere centrum tenentes. Loculi sunt editiores duas glandulas conglomeratas formantes, circumplexas

etiam undique materiâ cellulosâ adiposâque, et vasis sanguineis lymphaticisque, ductibus itidem lactiferis confertim intextas. Hi sunt canaliculi membranacei quos comitatur res ligamentosa vi resiliendi prædita, et eis desinens in papillam, quod tuberculum est areolâ subaquilâ ad basin circumfusum. Tubuli mammarum excretorii ita dispositi ut anfractus frequentiores forment, qui nisi si protrahantur pressu vel prolatione ex mutuis operibus linguæ labiorumque, lactis effluentiae respondent. Cum puer rorem vitalem igitur appetens genetricis ubera ducere se instruit, mente vegetâ tumentis mamillæ labella rosea aptat, intereaque temporis promovet linguam canaliculatam quo astrictè gibbum marginem papillæ in os receptæ amplectatur. Aëre externo sic excluso vacuum musculis inspirationis in ore fertur dum uberis extensio modica labiis attrahentibus efficiatur. Hæc musculo orbiculari oris compressa linguam opitulantur urgendo magno amore papillam, quæ illo facto prolatatur. Flumen lacteum hac ratione ora inundare adigitur, quo denique hausto, virium instaurationem deliciolæ nutrimine recipiunt, corculaque gestiunt luxu cœnæ genialis amœno atque vigescunt.

4to. MASTICATIO nativum est officium quo cibaria moliuntur, salivâ mucoque faucium et oris admiscentur, tradi etiam digestionis impulsui eâ viâ concinnantur. Molitura hæc et permixtio alternis maxillarum labiorumque, genarum et linguæ operibus ad exitum perducitur.

Pensum tamen organi lingualis in occupationibus comedendi hæc tractatio solum cœptabit. Cum in ora, accepta demorsave, buccæ reponitur, sese per linguam in id aptatam commoventibus facultatibus conducit. Hæ mutuis factis musculorum lingualium illud organum in formam longulam, patulam, æquioremq; dilatant. Ita vires ei sufficiunt ut bolum deferre iterum iterumque sub mordicibus evaleant dilacerantibus. Escis manducationi iteratæ subjectis, lingua musculis coarctata attollit apicem deflectitve, volubilitate agili unumquemque oris angulum latebramque spatii etiam inter labia, genas, et dentes explorat, latitantes quoque particulas inquisitione sedulâ extrudit, et subjicere eas molituræ perstat usque dum contereantur. Cum bolus commanducatus salivâ et aëre permisceatur, ei lingua formam orbiculi in dorsum positi confert, et perficere opus properat. Hyo-glossis, genio-hyo-glossisque musculis lingua denuo producit, dilatatur, et stylo-glossis concavatur. Dorsum etiam ab apice retrorsum attollitur, et iteratione assiduitateque horum impetuum nutrimentum globosum sensim pedetentimque per faciem superam illius organi propellitur. Penes deglutitionis musculos novissime traducitur, quibus cogitur pharyngis tubum et per eum in ventriculum ingredi. Talibus operis ingeminatis, edacior cupedia lautissimis conviviiis exsatiatur, seu inedia cibariis salubrioribus famem male-suadam depellat.

5to. *DEGLUTITIO* in ventriculum mittit epulas quas alii sugunt, alii carpunt, alii vorant, alii mandunt. Viribus quas intendit lingua eisque musculorum qui *œsophagum* circumsident, summe peractionem assequitur. Frustulum cum manducatione sit paratum, in faciem linguæ superam paululum musculis ejus enitentibus concavatam, prehenditur. Positu hoc deinde agentibus depellitur *stylo-glossis* qui organum attollunt et anteriori palato apicem ejus latiore admovent. Musculis iisdem gradatim sensimque per medium ad stirpem profertur elatio incomperta quæ esculenta fauces versus hiantes adigit. Dorsum nunc et radix *stylo-glossis*, *stylo-hyoideis*, *digastricisque*, quò detrudatur *epiglottis*, retrorsum trahuntur. Provehitur glomeramen esculentum prorsum, et depulsâ *epiglottide* in laryngem irrepere in nares quoque assurgere uvulâ veli penduli palati obstitum, urgetur per hiscentem *pharyngem* descendere. Lacessiti hoc corpusculo intrudente, muscoli pertinentes aditui ad ventriculum sese deinceps contrahere stimulantur. Fibræ eorum his pactis per longum in orbemque alternis vicibus moventes, ad agendum etiam atque etiam impelluntur, quamdiu ingeminata propulsatione buccella frustumve in ventriculo imo cubile adipiscitur.

EADEM viâ haustus liquidorum in ventriculum transfundatur. Demonstrantur sic vires musculorum deglutitionem perficientium et partium officiis congruentia

eximiaeque tam vegetae esse, quam eorum operibus quae edi bibive possunt, supremis pedibus capiteque simul infimo, solute in alvum demergeantur.—Tales sunt comparationes accommodissimae et benignissimae quibus, mortalium promovendo solamina, felicitatesque annosioris aevi prolatando, satoris hominum verendi animus paternus in universum mundi orbem assidue emicat, dum lente sensinque

“Tempora labuntur, tacitisque senescimus annis.”

6xto. GUSTATIO illa sentiendi certa est perceptio quam res sapidae in ora inditae impulsuque emotae linguae gustus organo primario, more neutiquam dilucido tradunt. Dissimilia genera haec materies tenent, virtutesque intendunt variis gradibus incitationem suscitandi. Necesse est tamen salis ut salivae proportionibus ad minimum aequas complectantur, sint quoque in fluidis dissolubiles alioquin ad sensum descendere vires produnt. “Saporum varia genera,” ut tenet consultissimus venustissimusque Professor Gregory¹², “facile distinguuntur, et ideo nomina peculiaria etiam in communi sermone sibimet nacta sunt: veluti sapor acidus, dulcis, amarus, salsus, acer, aromaticus, putridus; hic vero cum odore quoque jungitur. Omnium saporum varii sunt gradus, omnesque varie inter se conjungi possunt. Sapores alii suavissimi et gratissimi sunt; alii ingrati, vixque tolerandi. Mira tamen de hac re hominum diversitas: ita ut quod aliis maxime voluptati est, alii

non sine nausea et horrore respuant.—Usus gustûs præcipuus videtur esse, ad cibum bonum et salubrem invitare, a noxio aut minus idoneo divertere. Plerique et optimi cibi gustui grati sunt: qui vero gustui incorrupto mali saporis sunt, ii fere nocent. Hujusmodi instinctu, raro fallace, quem olfactus quoque juvat, bruta animalia ad idoneum cibum perducuntur, et a noxio arcentur.”—Gustûs supera linguæ facies papillifera, apex marginesque, sedes præcipuas obtinent. Labia gingivæque, et membrana tectum oris concameratum amiciens intima, velum etiam pendulum palati ad susceptionem percipiendi gustui jucunda facultates detegunt idoneas. Cum sapida idcirco linguæ moventi et percipienti adhibeantur, in apicem, dorsum, margines, usque ad firmamen permanant, eorum nervulos papilliformes sese arrigere pellunt, eosque percellunt illo peculiari sensu titillante, qui ponticulum arcaniorem transmeans perceptioni sensationem adjungit, in mentem facultates eorum sensiferas transvehunt. Incitatio hoc opere persensa gustandi scientiam innuit.

7mo. LOQUELA sonitus vocales proferendi est facultas, primasque tenet eorum ornatûum grandiorum, qui gentis humanæ dignitatem probant, et carissimam numini eam notant sobolum terrigenarum quibus Pater Omnipotens solio æthereo ‘fiant,’ et sunt, vocem dedit. Depingitur munus hoc loquentium recognitione philosophiæ vocum de rudimentis earum et modis per con-

structionem proprietatesque organorum quibus gerentibus flexanimus sermo aures eblanditur. Hæc disquisitio attamen officia expromet quæ sonos eliciendo lingua perficit. Theoria principiò sonitûs meri recognitione præviâ volutetur.

Vox facinus sonivium auribus percipiendum, agitationibus quas aër per spiramen propulsus sustinet pererrando glottidem instructorum pulmonibus animalium, provenit. Inter ea, mammalium aviumque vocalitas materiam indagationes attrahendi præditam arte reddit; dum sufflatus et perfremitus cetaceorum rationis tam immerentes quam crocitationes sibilusque repentium valeant. “Les poissons,” ut exprimit Richerand ¹³ physiologus venustus, “qui n’ont que des trachées, ne font entendre aucun son; mais ce désavantage, qui nuit sans doute à l’étendue et à la facilité de leurs relations, est en partie réparé par l’extrême vélocité de leurs mouvemens progressifs.—L’instrument de la voix est le larynx, espèce de boîte cartilagineuse, placée à la partie supérieure de la trachée-artère. Les cartilages minces et élastiques qui forment ses parois, sont unis ensemble par des membranes, et mus les uns sur les autres par plusieurs petits muscles appelés intrinsèques du larynx. De ces cinq cartilages, trois seulement prennent une part active à la production de la voix: ce sont les aryténoïdes et le thyroïde. L’épiglotte n’a d’autre usage que de fermer,

aux alimens et aux boissons, l'entrée des voies aériennes, tandis que le cricoïde, placé à la partie inférieure de l'organe, lui sert de base, sur laquelle les cartilages aryténoïdes et thyroïdes exécutent des mouvemens par lesquels l'ouverture de la glotte est rétrécie ou élargie pour la formation des tons aigus ou graves.—Cette fente, longue de dix à onze lignes dans un homme adulte, et large de deux à trois dans l'endroit où elle a le plus de largeur, est la plus essentielle du larynx; elle est véritablement l'organe de la voix, qui s'éteint tout à coup, lorsqu'en ouvrant la trachée-artère ou le larynx au dessous d'elle, on empêche l'air de la traverser. La parole seule est perdue, lorsque la plaie est faite au-dessus de l'endroit qu'occupe la glotte; ce qui prouve que la voix et la parole sont deux phénomènes bien distincts, dont l'un se passe dans le larynx, tandis que l'autre résulte de l'action des diverses parties de la bouche, et surtout des lèvres.—Les modifications de la voix dépendent non seulement des grandeurs variées de l'ouverture de la glotte et de la tension de ses ligamens, mais encore de la longueur plus ou moins considérable de la trachée-artère.—La force de la voix dépend du volume d'air qui peut être à-la-fois chassé du poumon, et de la plus ou moins grande vibratilité dont jouissent les parois des canaux qui le transmettent au-dehors."

Vox itaque aurâ æthereâ vescentium aëris a pulmonibus expiratione per tracheam in laryngem, ex quâ per

glottidem in ora incitatur pervarie modulata, facessitur. Illius modi, sonus, cantus, loquela.—Soni varietates vocalis tam multigenæ quam sunt spirantium genera; et earum plures in his versiculis incultis eduntur.

AUDI de scopulis mulcens, resonabilis Echo!

Halantis sonitûs vocisque vocamina canto.—

EXHILARANT foculos grillantes abdita grilli,

Lætantes pipiunt cœlesti rore cicadæ,

Bombilat innuba apes exugans dona benigna

Floribus Hyblæis, vespa irâ stridulat ardens,

In latebris bufo, dum stagnis rana coaxat;

Horrendus coluber, sibilat crudelis echidna.

DULCIA zinzibilat modulamina regulus astris,

Vespere florigeri anni nigra minurit hirundo,

Cantillant merulæ, lucis ploratque palumbes;

Suavia fundit ædon, exequialia cycnus,

Deblaterant picæ, crociunt corvique catervis;

Bubulat ignavus funesto carmine bubo,

Obstrepitant anates, et præco cantat eöus;

Rauca gratitat aquatilis anser in undis,

Stellifero stridetque oneratus syrmate pavo,

Ejulat in clivis saxosis milvius asper,

Et Jovis altivolans ales super ætheris oras.

SOREX arrodens dintrit, muresque fugaces;

Dira miaulizat per noctem subdola felis,

Exterret fures trepidos latrator acerbus,

Candida balat ovis, rudit persegnis asellus,
 Dux reboat campis armenti fronte minaci,
 Et quassant mugitu densa rubeta bisontes;
 Hinnit frena ferox sonipes spumantia mordens,
 Grunnit aper rabidus, frendens immurmurat ursus,
 Exululant lupi, barrit solers elephantaus,
 Terribilis saltus tigris rugitibus implet,
 Magnanimusque leo fremitu nemoralia turbat.

At sonus eximior vobis est, cantus amœnus;
 Blandiloquens, tremula et lugubris, clara loquela,
 Flebilis, alta, minax, miseranda, superba, canora,
 Cœlicolis carissima, Deucalionea¹⁴ proles!
 Poppyzonte et equum poppyzmate tractat agaso,
 Fistulat insulsè socorsque vagatur inanis;
 Pergaudet lætus risu laxare labella,
 Vociferat madidus cum bacchanalia vivant;
 Flet mœror, dum ærumna gemat, discordia jurgat,
 Territus exclamat quem larvæ aut alea terrent,
 Plebes fusca loquuntur, sed submissa periti;
 Blanda placent Veneri, truculenta et barbara Marti.

CANTUS, qui oblectationes animæ et lætities notat, actio est sonitus canoros tam in avium cantuunculis quam modulationibus vocis humani blandisonis proferendi. Nixus est operosus, perductas vires musculorum laryngis intendens. Hi dum sonos per animæ spiramentum pellant eorum agitationes cohibent, et eosdem

inter potentias contrapostas ita moderantur ut augerent variatos modos emodulandos sonitûs arguti, dulciloqui, et gravioris, qui melos symphonix intentum mentes adjicientium fascinans, affectusque animi gestiti eximiores incitans, exstimulant.

“ BY Music ¹⁵, minds an equal temper know

Nor swell too high, nor sink too low.

If in the breast tumultuous joys arise,

Music her soft, assuasive voice applies ;

Or, when the soul is press'd with cares,

Exalts her in enlivening airs.

Warriors she fires with animated sounds ;

Pours balm into the bleeding lover's wounds :

Melancholy lifts her head,

Morpheus rouzes from his bed,

Sloth unfolds her arms and wakes,

List'ning Envy drops her snakes ;

Intestine war no more our Passions wage,

And giddy Factions hear away their rage.”—

Vox sonus est merus, agentibus pulmonibus et larynge eductus ; loquela perfunctis in vocem muneribus glottidis, palati, dentium, labiorum, narium, linguæque componitur. Productio hujus actionis mutux nominatur articulatio, quæ non occipit usque dum halitus sonans e larynge itinera prosequatur. “ Parler à

voix basse," scribit gnarissimus Richerand, " c'est articuler des sons très-foibles, qui, à vrai dire, ne méritent pas le nom de voix, puisqu'ils surpassent à peine le bruit qui accompagne toujours la sortie de l'air pendant l'expiration. L'homme seul peut articuler les sons, et jouit du don de la parole. La disposition particulière de la bouche, de la langue, et de lèvres, rend, chez les quadrupèdes, toute prononciation impossible. Le singe, chez lequel ces parties sont conformées comme dans l'homme, parleroit comme lui, si l'air, en sortant du larynx, ne se répandoit dans les sacs hyothyroïdiens, membraneux chez quelques-uns, cartilagineux et même osseux dans l'alouate, dont le cri est si rauque et si lugubre. Chaque fois que l'animal veut crier, ses sacs se gonflent, puis se vident, de manière qu'il ne peut point, à volonté, fournir aux diverses parties de la bouche, les sons qu'elles pourroient articuler."

—Loquela, mentis præco, vis est naturalis quæ gentem humanam super omnes propagines terrarum orbem incolentes admodum evehit. "Soli homini loquela datur," ut auctore¹⁶ idoneo disertissimoque fertur, "quippe qui solus mirabili dono uti noverit. Multa profecto animalia loqui didicerunt, nulla vero loquela uti: scilicet quia mens deest. Fit autem loquela ope linguæ, labiorum, gingivarum, dentium, veli penduli palati, ossis palati, et nasi, et demum gutturis, variis modis conspirantium; qua tandem machinatione, vox inter-

rupta et mutata, in literas distinctas seu elementa formatur: has prima ætate per instinctum quasi et imitationem discimus, nedum laboris conscii, nec modi quo singulas literas efficimus.—Unius-cujusque vero literæ ratio proferendæ, et machinatio partium qua formatur, sedula observatione detectæ sunt; neque tantus labor generi humano prorsus inutilis fuit; hac enim notitia, varia loquelæ vitia corrigere docemur. Immo sunt quibus unum opus est, sermonem mutos docere. Hi plerique surdi tantum, non organis loquelæ manci aut imperfecti, nascuntur: nec voces possunt imitari, quas nunquam noverint existere. Quin et pueri jam loquentes, si casu quovis surdi fiant, obmutescere solent. Nunc vero utrique, sive natura sive morbo surdi et ideo muti facti sunt, tactu et visu organorum loquelæ, dum loquitur aliquis, discunt literas distinguere, et tandem suis organis proferre: opus revera tædii plenum, sed nobile præmium."

LOQUELA cogitationem infert et conscientiam potestatemque series informationum in animo insitarum ordinandi, quæ facultates mentibus rationis compotibus sunt propriæ. Ideæ e synchronis configurationibus extremarum, irritatione concitatarum, partium organorum sensu præditorum, constant. Hæ vel simplices vel sunt complicatæ, quum sensatione, volitione, consociationeve repetantur. Homines, ad illas exprimendas, ob intuitum sonos quosdam articulatos, conspectui li-

terarum elementariarum copulationibus adumbratos, concordissime asciverunt. Multiplicibus harum consociationibus rudimenta generantur nominum idearum, verba appellata, in distributione quorum accommodâ dispositus sermo seu lingua, Britannicorum *language*, consistit.—Lingua, proferendo sonos verborum plures, munera ejus dædala obit. Literæ quæ formas horum spectabiles effingunt, quod vocales consonantesve expendantur. Alias facillime mobilitatem amœnitatemque sermoni, ægrius alias gravitatem et injucunditatem impertientes, loquelæ organa devolvunt. “ Aussi observe-t-on ¹⁷ que les langues les plus harmonieuses, et dont les mots flattent le plus agréablement l’oreille, sont celles qui emploient le plus de voyelles et le moins de consonnes. C’est sur-tout par cet avantage que la langue grecque l’emporte sur toutes les langues anciennes et modernes; que, parmi les langues mortes, le latin tient le second rang; et qu’enfin le russe, l’italien et l’espagnol ont une prononciation plus agréable que le français, et surtout que tous les idiomes dérivés du langage teutonique, tels que l’anglais, l’allemand, le hollandais, le suédois, le danois, etc. Chez quelques peuples du Nord, tous les sons articulés paroissent sortir du nez ou de la gorge, et forment une prononciation désagréable, sans doute parce qu’exigeant plus d’efforts, celui qui écoute partage la fatigue qui paroît éprouver celui qui parle. Ne semble-t-il point que les peuples

des pays froids, sont engagés à user des consonnes préférablement aux voyelles, parce que leur prononciation n'exige point un égal degré d'ouverture de la bouche, et ne donne pas lieu, par conséquent, à l'admission continuelle d'un air glacé dans les organes pulmonaires ? Le naturel doux et pacifique des habitans d'Otahiti et des autres îles fortunées de la mer du Sud, se peint dans les expressions de leur idiome, où les voyelles abondent, tandis que la langue dure et barbare des sauvages Eskimaux, des peuples du Labrador et de la Nouvelle-Zélande, est la conséquence naturelle de la rigueur du climat, de l'infertilité du sol qu'ils habitent, et de leurs habitudes féroces et guerrières."

MUNERA linguæ in articulando voces exercita ut exponantur, indagatio hæc physiologica singularum literarum secundum earum ordines Britannicis collocatas, pronuntiationes viresque explorabit. Hæ sunt igitur sonorum imagines, A B C CH D E Æ Æ F G H I J K L M N O P Q R S T TH U V W X Y Z.

A LITERA est linguarum fundamentalis, alphabetorum prima, et vocalis proclivius articulata, ad cujus elocutionem infantes aptissime imitamina experiuntur. Pergaudentium in risu virorum eminet. Geminum poscit sonum. Alius, ut in *wall*, naribus clausis profertur, dum lingua vel in sede libera pendeat, vel dorso sublevato et ore paululum hiant, margines palatum aut dentes superos attingant. Alius Anglicis propriis,

ut in *regale*, sublatione ejusdem organi minori quam in priori formatur. Dorsum, palato appropinquando, rimam sinit minusculam per quam canora anima proflata in vocem subigatur.

B AURES labiis obseratis ambire ingreditur, cum tonus quem exprimit, ut in *beautiful*, in auditum excidit linguæ mucrone lente provecto, dorso quoque levato, ita si emittatur vox inter labia, quæ simul et derepente sese aperiunt.

C PERINDE ac k et s, ut in *cancel*, agitationes linguæ pariles excolere gaudet.

CH DICI tripliciter efflagitat, ut k in *archangel*, tsh in *children*, et ch in *loch*, vocula Celtorum vetustissima et stagnum aquæ tacentis ostendens. Alter sonus est simplex sub k definiendus, alter linguæ apicem palatis levando, labia modice pandendo, et vocem incedere per faciem ejusdem organi superam urgendo, quod strenue illicetque recessum perpetitur. Articulatur tertius, sursum versus medium dorsi ferme ad palatum tollendo, ita ut spiritus auribus percipiendus per cameram palatinam ex labiis non admodum hiantibus festine aufugere detrudatur.

D GLORIATUR sonum unicum retinere. Quicquid igitur in b labia moliuntur, lingua in d, ut in *divided*, se ad laborandum accingit. Primum scilicet linguæ apex, ore pandente parum, attingit palatum anticum dentesque anteriores, sed ab his, dum vox inveniat

effugium, statim retrosilit, et sonitum cujus imago vocula est auscultatoribus tradit.

E TRIPLICEM sonitûs per se varietatem, clariorem, acutam, et obtusior, ut in *glebe*, *men*, *open*, discernere jubet. In aliam efferendo, nares se coarctant, labia oscitant, dorsique margines oris tecto se aptant et modum cognoscendum prorumpenti halitui tribuunt. Acuta, ratione organorum subsimili, quasi in a Anglica, loquelæ studia petit. Obtusior, os paulo esse angustius rogat, lingua simul partem ejus posticam partesque laterales attollit, vel eosdem superioribus, quo tonum impellere constitutum, leviter admovet.

Æ ET Œ simulacra sunt tonorum qui vix, optimâ etiam indole, sono internoscantur quo aurium sensus e acuta permulcet.

F SONUM purum et immutatum, in initiis, mediis, finibusque verborum, ut in *fanciful*, jugiter habere desiderat. Sonitu cujus hæc litera est simulamen effato, labium superius in dentes superiores accumbit, inferius inter eos et inferiores paulisper reducitur, cum antica lateralisque pars linguæ occultissime sed reapse levetur.

G DICI molliter, ut in *ginger*, duriter, ut in *gew-gaw*, fere præoptat. Alius linguæ apicem sublevare et parti anticæ palati valentius adhiberi exigit, de quâ, cum aura resona progrediatur simul per dorsi longum, maturissime retrahitur. Lingua alium enuntiando sonum, palatum majore suimet ipsius parte anteriori,

dentes inferiores apicis marginibus, ore quantulocumque hiantes, pressu nitido adit. Sonus, hac ratione, quem effingit litera, in aures funditur.

H TENET SONUM tam incompertum, ut in *happiness*, quòd eum existimare aspirationem potius quam literam liceret. Proferendo eo, organa vocalia pluria interquiescunt, os placidum nonnihil reseratur, et, voce per faciem linguæ superam prolabente, modulatio cogitata quam loquens funderet, dorso sustollitur.

I QUATUOR sonitibus, producto, ut in *smile*, breviori, in *fin*, u consimili, in *first*, et illo e longioris, in *machine*, potitur. Ore hiantes, et linguæ dorso fere ad palatum consurgente, apiceque ejus in dentes inferiores promoti, primus enuntiari propendit. Secundus apici ejusdem organi plusculum elationis tribuit. Cum tertius ut u sit; quartus, naribus clausis oreque bene aperto, linguâ omnino ad palatum compressâ, apice quoque ejus inferiores incisores et lateribus anteriores dentes molares attingentibus, crispante sonitu tympani membranam incutit. Sonus, cui litera hæc est effigies, inter cachinnos mulierarios aures dissuaviari gestit.

J TRES sonos tenet. Primus, ut y in *hallelujah*, dicitur. Secundus, zsh coalescentes ut in *joli* Gallorum assimilans, ore profertur rotundato, passo apiceque linguæ palatum anteriorem contingente, de quo retrahitur dum vox per dentes evadat. Tertius, ut in *jejeune*, cœtum d et g arcte blandeque expressorum, progerit.

K SONUM c in *cucumber* persimilem, ut in *kindness*, elicit. Cum enuncietur, glottis requiescit, concavatur linguæ dorsum, et pars ejus postica marginesque superiores dentes atque palatum suaviter, dum tendat per ora halitus loquens, delibant.

L MOLLI et sono liquenti, ut in *loveliness*, semper palpari auditum velificatur. Hunc promovendo, apicem lingua tam firmiter cameræ palatinæ adjicit, ut sonitus quasi fissus in utroque ejus latere, dum organum contremiscere videatur, celeri fluento et labili maturatè transgreditur. **LL** Cimbrorum, ut in *llinelliad*, et Gallorum, ut in *fille*, linguæ frontem altius sublatam posteriori tecti ossei parti, constantius admoveri exigit.

M IMMUTABILI, ut in *monumental*, sono potitur. Vocula, hanc literam proprie enuntiando, de larynge ejiceretur per linguæ frontem, pars cujus anterior leviter ad latera, obstruente arcu alveolari, panditur, cum dentium ordines parum distent labiaque perlepide claudantur, et sonitus elabens nares pervadit dum alæ harum adoperto tremore placidoque micent.

N MODOS, ut in *nobleness* et *banquet*, geminos effingit. Alio effando, lingua palato apprimeretur ut semitam per ora clauderet, et sonum glottide discedentem commigrare per nares tranquillas adigerat. Alius, compecti sonitum tinnulum, consociatione n et g compositum, ora loquentia deposcit. Lingua, hoc dicendo,

palatum latius valdiusque attingit, et vocem discedentem efficaciter interpellit.

O PRODUCTUM, ut in *obedient*, brevioris, in *not*, illum u brevis, in *son*, u longioris, in *prove*, et a amplioris, in *lord*, sonos retinendo exultat. Dum o dicere qui sermocinatur plerumque expetat, nares occluduntur, linguae ratio fere est eadem, et os rotundius aliquanto minus quam in a proferendo, hiat.

P TONUM, ut in *people*, immutatum habet, et hic labiis praecipue quasi in b rationem modulatur.

Q NUNQUAM non u anteit, et vel sonum k, ut in *risque*, vel k et u coalescentium, ut in *queen*, loquelae organis quasi in k agentibus, halitu vocali tamen per oris tectum dispalato, auribus impertit.

R DURIOREM, ut in *river*, mollioremque, ut in *regard*, muneribus organorum loquentium pauxillulum variatis, sonitum edit. Cum resonare eum oporteat, sublata lingua palatum attrectat, labia non hiatûs nimietatem exhibent, dum vox in glottide per dorsum validissime detrusa, progenerat tremorem, quo subinde congeminato lingua antica quatitur, et ita sonum proprium literâ expressum annuntiat.

S VELUT z, ut in *dismal*, notabilius, ut in *sisters*, sibilat. Eduntur hi, protrahendo elevandoque linguam ad ambitum palatini arcûs anticum, quem apex marginesque constantissime premunt. Os per idem tempus oscitanter hiat, et, dum vox inter dentes vias

exploret, mucro linguæ aëre volante crispatus, succussum propemodum incompertum sustinet.

T LINGUA potissimum editur, sed modus quem notat d tam persimilis est ut auditu solum discriminandus. Retegantur fortassis ejus vires, decantando hunc versiculum Homeri Latialis¹⁸ notabilissimum,

“ O Tite, tute, Tati, tibi tanta, tyranne, tulisti.”

TH VOCEM ejici fronte linguæ anticum palatum premente flagitat.

U SONOS tres, longiorem, ut in *tube*, breviorē, in *running*, obtusiorē, in *bull*, cum i, in *busy*, illumque e, in *burial*, exhibet. Recitando u generaliter, nares clauduntur, os paululum hiat, dorsum quantum fieri potest linguæ concavatur, dum inter labia orbiculata aura vocalis erumpat.

V SONITUM, ut in *vivid*, immutabilem exereet, atque in f quod b in p, d in t, g in k, zque in s, spectat. Pronunciatur vocis organis in eâdem fere ratione quam f postulat; labium inferius tamen in dentes anteriores strictius comprimitur.

W TONUM, ut in *beware*, quam u obtuso soniviorē ostendit. Lingua, w effando, pro necessitate literæ sequentis dilatatur vel contrahitur, cum labia, sicuti fere in b, ad aliquam rimulam usque claudantur.

X VELUTI z, in *Xenophon*, ks, in *expense*, vel gz, in *exit*, frequentissime sonat. Ingeritur per aures mutuis conatibus virium quibus hæ literæ eduntur.

Y SONUM i in *fin* persimilem, ut in *system*, tenet. Hic tamen, ut in *youth*, verbi initio, prout u longior in *tube*, dici organis loquelæ eodem fere modo agentibus oportet.

Z vocis petit modulationem leviter sibilantem, ut in *freeze*, et linguâ anteriori palati strictius quam in s compressâ oreque magis hianti, in meatum auditorium jucundius prolabitur.—Nonnulla hæc sunt munerum admirandorum fungendis quibus lingua humana exercere facultates ejus diversissimas insolescit.

III. PATHOLOGIA, præceprix benevolentissima, et cognitioni retegenti permulcentique, et reficienti mala hominum faventissima, linguam æque quam partes fabricæ viventis alias philosophiæ ejus indaganti subjicit. Indevitatum est nisi quod, peragendo tam multifaria munera, hoc organum diversissimis perplurimisque injuriis oppidò exponeretur. Ad illarum plures collustrandas novissima pars hujus tractatûs sese accingit.

ANTEQUAM clades linguæ tamen propriæ perpendantur, æquum sit vultus ejus, multas ægrotationes systematis caduci prænuntiantes, disserere. Aures idcirco et animi intenti dictatis augustis Principis Medicorum¹⁹ persapientis colendique inserviant. “Lingua ex resiccatione densa, perarida, et aspera, phrenitidem portendit; tremula, instabilem mentem et a sede constantiæ deturbatam significat, et cum narium rubore al-

voque humectâ, si reliqua quæ sunt circa pulmonem nullam judicationis significationem præ se ferant, malo est, ac celeres perniciosas purgationes denunciat. Circa initia febrium quidem horrida, in eodem vero colore perseverans, procedente vero tempore ubi exasperatur, livescit, finditur, mortem auguratur; quod si admodum nigrescat, decimo quarto die judicationem promittit; periculi autem maxime plena est nigra et ex virore pallescens. Linguae bisulcum velut saliva alba obductum, febris remissionem indicat: si præter rationem mollis reddita, ac nauseabunda, cum sudore frigido, ab alvo liquidâ, nigræ vomitionis significationem affert. Quibus in morbo laterali lingua circa initia biliosa est, hi inter septimum, quibus vero tertio ac quarto die, circa nonum judicantur. In pulmonis inflammationibus, si lingua tota alba fiat ac aspera, ambæ pulmonis partes inflammatione vexantur, quibus vero dimidiata lingua, quâ parte id apparet, inflammatio affligit. Primis diebus sputum tenue et spumosum expuit, lingua flavescit, præcedente vero tempore nigrescit: si igitur circa initia nigrescat, celeriores sunt liberationes, si vero postea, tardiores: ad extremum autem lingua dehiscit, et si digitum admoveas, adhærescit: morbi vero liberationem, non secus ac in morbo laterali lingua indicat. Lingua humorum serum quale sit indicat. Pallidæ quidem linguae ex bilis redundantia fiunt (biliosum autem a pingui,) rubicundæ vero a sanguine,

nigræ ab atra bile, valde resiccatae ex succensa fuligine et utero, albæ autem ex pituita. Lingua humorum præstantiam colore refert, ideoque per hanc ad humorum dignotionem pervenimus.”

VARIATORUM linguæ aspectuum observationes acutiores conscientiam medicis diagnosin præfinire et morbi progosin subministrant. Conditio præcipue hæc est, cum variolæ et alia mala ardentia quæ mœrentem cruciantis obruant. Religione igitur omnium officium, ut beneficentissimæ rationes medicinæ divinitus ortæ accommodatissime adhibeantur, cultores ejus integerrimi aspectus hujus organi indicantis diversos in animo versare obstringantur. “La couleur de la langue,” medicus ²⁰ cordatissimus inquit, “qui est naturellement d’un rouge pâle, devient écarlate dans les maladies inflammatoires en général, et plus particulièrement dans celles de l’estomac, des intestins, du foie, et même dans celles du poulmon : cette couleur rouge diminue à proportion que l’inflammation se ralentit ; elle devient pâle, blanche, et se couvre d’une humeur blanchâtre lorsque l’inflammation est terminée : au contraire, elle est sèche, se gerce, se fend, lorsque cette inflammation fait des progrès ou termine par la gangrene.—Dans la jaunisse, la langue est ordinairement enduite d’une couleur jaunâtre, et quelquefois noire, ainsi que la membrane du palais et du reste de la bouche : elle est souvent pâle et ramollie dans les cachectiques, dans les hy-

dropiques, après des diarrhées.”—Lingua in scarlatina etiam aspectum tam spectabilem habet quò aliquà ex parte indicare illius morbi insuavissimi præsentiā. Phthisis quoque eam aliquando exhibet rutilam, arefactam, et “ de chancres, qui la rongent plus ou moins profondément, en meme temps qu’ils donnent lieu à des escarres gangreneuses qui détruisent la membrane de la bouche.”—Organi hujus eximii habitudines ægrescentes studiis nunc potiantur.

1mo. DEFECTUS linguæ partium vel excessus propedit sermonis perfectionem aut convellit. Organum prægrande t pro k eloquitur et r aperte pronuntiare nequit; prælongum, s pro th profert; nimis breve r et l vitiose laborat, et th in d vulgo mutat. Cum lingua pars antica nimium gravitatis laxitatisve habeat, r et l loquela corrumpit: eâ supra modum solutâ l vitiatur.—Læsiones hæ, favente Naturâ maximis potentiore, sese medicinæ salutiferæ aperiunt: illis attamen non est medendum, et oportet salutis rectores proinde animadvertere et casus mirari, summæ etiam voluntati nutuique manus concedere.

2ndo. ORGANUM linguale cum adhæsiō congenita margines ejus interioribus gingivis connectit, in nonnullis motibus perficientibus devincitur, et vel officia non plane absolvit vel emoliri frustra enititur. Pravitas, quæ peroptato essentiam infrequentissimam habet, ita alligat tamen ora infantilia lactem maternam appetentia,

ut mammas ducere nequicquam aggrediantur.—Auxilium vitio huic adhibere, materia tæniolam refrenantem componens peracuto ferramento chirurgico est discindenda, rationibusque propriis coagmentatio partium iterata impeditiones ineluctabiles acciperet.

3tio. FRENULUM linguæ cum sit perexiguum et rem eximiam ostendat, infantulos quoque papillas lactiferas trahendo distinet.—Remove hanc coercionem, dum provide evitantur vasa ranina ita si hæmorrhagiæ proveniantur, ligamentum sublinguale dispartitur. Dolens, et haud arduum est hoc opus, nec perniciosum, cujus peractio conditore nosographiæ²¹ peritissimo his verbis aperte describitur. “ Un aide place l'enfant entre ses cuisses, en appuie la tête contre sa poitrine, et lui pince le nez, a fin de le forcer à tenir la bouche ouverte. On relève soi-même la langue avec la plaque d'un sonde cannelée ; on engage le filet dans la fente que présente le milieu de cette plaque. La langue étant ainsi relevée, le repli membraneux se trouve dans un état de tension qui rend sa section plus facile. La sonde cannelée étant tenue avec le main gauche, on se sert de la droite pour couper le filet avec des ciseaux bien tranchans, mais mousses vers la pointe ; on les porte horizontalement et le plus près possible de la paroi inférieure de la bouche, afin d'éviter la lésion des artères ranines ; blessure d'autant plus dangereuse, que l'enfant suce le sang qui en découle, et l'avale au lieu

de le rejeter par la sputation. Un enfant mourut pâle et decoloré vingt-quatre heures après avoir subi la section du filet. Son estomac fut trouvé plein de sang."

—*Ranina vasa sicubi saucientur, ad emanantem sanguinem sedandum, medicamenta astrictoria sive caustica accipiant.*

4to. *APHTHIS* etiam hoc organum sedes creberime præstat. *Pustulæ* sunt, candidulæ, cinereæ, adorientes uvulam, fauces tonsillasque, genas interiores, et gingivas, labia, linguam. Infantulorum oribus molestiam gravissimam frequentius injungunt : adultis tamen salutis notas et mortis in affectionibus inflammatione exardescentibus minime dubias præbent. Quando colorem teneant subaquilum cineraceumve, symptomata fausta, si furvum, infaustiora exhibent.—Amendantur aphthæ, vel ora faucesque medicamentis detergentibus gargarizando, vel ægrotationes medendo, de quibus earum initia recipiuntur.

5to. *LINGUALES* papillæ glandulares identidem amplificationibus morbidis, corpora inflata conficientibus, percelluntur. Cum tumorem hujus generis esse spongiosum, inquisitio partium utique administrata comperit, ligamen circumcirca radicem inam est aptandum, et caro adnascens scalpello acutissimo prorsus excidenda. Hæmorrhagiam styptica reprimunt.

6to. *BARBATULA* lingua phænomenon inamœnum ostendit. Fuit tamen, ut navus Portal enarrat. "J'ai

vu une femme la langue couverte de poils, qui avoient cinq à six lignes de hauteur ; ils étoient assez rudes, et reparoissoient peu de temps après qu'on les avoit coupés : l'usage des antiscorbutiques, long-temps continués, guerit cette singulière maladie."

7mo. *INNOTESCIT* linguam in magnitudinem et facultatem immanem morbida accrevisse. *Observatio* doctore *Trioen*²² *literatissimo* in lucem emissa hoc phænomenon perodiosum illustrare spectabit. "Virguncula," inquit, "quindecim in præsentî annos nata, in sua infantia, intensa corripitur febre, qua cum per aliquot hebdomades fuit luctata ; tandem vero ab eadem vindicata pedetentim lingua tantam excrevit in molem, ut circiter quatuor pollices longa, ore, cujus rictum omnino implet, mento dependeat inferius.—Mirandam esse hujus *macroglossæ* indolem ac facultates merito superaddit, quæ aërem moderari, voces formare, sermonem articulatim, eloquio nunquam balbutiente, proferre, nec minus corporis nutritioni consulere, quolibet stupente, perfecte valeat." Hæc ærumnosissima usque ad annum ætatis quinquagesimum quartum, linguâ sensim productâ, vitam miserandam perducebat.

PROFECTU lento interdum lingua in magnitudinem redundantem amplificatur. *Pueruli* ab ineunte ætate, ut refertur in *monimentis*²³ *medicinæ*, ad tres pollices ex ore protrudebatur. Annos cum natus quinque esset, in molem commodum auso secundo redigebatur

prolatio tam molesta, insuavis, acerba. Lingua infra limitem alveolarem coërcebatur, et fasciæ operâ sub mento ductæ inque verticem convertæ, arcebatur. Patientie ita per nares spirante, dum hebdomadæ septem fuerint lapsæ sanatio desiderata conficiebatur.

QUANDO amplificatio tam horrenda ex morbis huic organo obveniat, venesectionibus restinguatur vel medicamentis catharticis, et si hæc exitum parum felicem habeant, incisiones minime repressæ partibus sint adhibendæ. Experientia actiosa hanc rationem copiâ munit. Quod ad opus hoc M. De la Malle²⁴, Parisiensis doctrinâ medicâ liberaliter institutus, de plurimarum rerum usu has observationes memoravit. “ Un convalescent d’une douleur a la langue, suivie d’une tuméfaction aussi considérable que prompte. En moins de cinq heures cette partie devint trois fois plus grosse que dans son état naturel; et dans cet intervalle mon pere qui fut appelé au secours de cet homme, l’avoit saigné successivement du bras, de la veine jugulaire et du pied sans succès. Le malade ressentait une douleur aiguë; la chaleur de la peau étoit brûlante, le visage étoit gonflé et livide, le pouls dur et concentré, la vue égarée; le malade pouvoit à peine respirer, la langue remplissoit toute la cavité de la bouche, et faisoit saillie hors des lèvres. Mon pere, dans ce cas très-urgent, ne trouva d’autre expédient que de mettre un coin entre les dents, pour tenir la bouche un peu plus

ouverte qu'elle ne l'étoit par le gonflement excessif de la langue, et de faire avec un bistouri, sur la longueur de cette partie depuis la base jusqu'à la pointe, trois incisions parallèles, l'une au milieu, et les deux autres à égale distance du milieu et de chaque bord : elles pénétroient dans le deux tiers de l'épaisseur contre-nature. Ces taillades eurent tout l'effet qu'on pouvoit en attendre ; il en sortit une grande quantité de sang, et la langue fut dégonflée au point que la malade put parler une heure après. Les incisions ne parurent le lendemain que de scarifications superficielles, lorsque la langue eut repris son premier état ; et elles furent guéries en peu de jours, pendant lesquels le malade se servit de temps en temps, en forme de gargarisme, d'une infusion de sommités de menthe et de fleurs de sureau, animé d'un peu d'eau vulnéraire. Il ne falloit rien moins qu'un secours aussi prompt dans son effet, pour sauver la vie au malade dans la circonstance critique ou il se trouvoit par les progrès rapides du gonflement de sa langue."—Appellatione Glossitis hanc ab aliis linguæ affectionibus dignosceret ?

Svo. OBJICITUR lingua plagis variis et collisionibus, quæ vel remediis usitatis reficiuntur, vel in ulcerationes exedentes degenerant. Cum pareant in linguam abscessus, cariosis dentibus inferti, elimentur dentes aculeati lancinantesque in-formam enodem, ut Celsus doctissimus seculo præterito dudum instituit, vel armis

propriis expromantur. Si carcinoma virulentum, ut non insolenter obtingit²⁵, aliquam hujus visceris partem occupaverit, idoneo scalpello excetur materia morbida, et pars vulnerata, non horrescite timidi! candente ferro inuratur. Gargarismata emollientia inducent cicatricem, atque auxilio decoctorum vulnerariorum tempestive plagam sanabunt.—Peractio munerum lingualium, majore ipsâ organi parte excatâ, funditus non extinguatur.

LINGUA, ex inspectionibus exercitationibusque tentamine præcedente recitatis, diffidentiâ remur, ut organum merens sedulissimam eorum observantiam qui colent scientiam medicam, adhibeatur. Eam, ad felicem exitum, Anatomia, medicinæ oculus, Physiologia noscendi cupidissima, et Pathologia morborum infensantium reatrix, philosophiæ omni acie pervestigantis contemplari prosequantur. Disquisitione igitur ad finem tandem aliquando perductâ, restat tantum, ut studiose obsecrem, “veniam quam petimus dabimusque vicissim,” incondita ingenii doctrinæ appetentis facinora cito peritura, vos, honoratissimi Præceptores dilectissimique, amici carissimi, et vos, cæteri studiorum socii, benevole et leniter scrutemini. Vestris consiliis aspiret Numen. Valete..

NOTULÆ,

QUIBUS AUCTORITATES IN DISQUISITIONE ANTECEDENTE
PROLATÆ OSTENDUNTUR.

1. JOANNIS Baptistæ Morgagni *Adversaria Anatomica Omnia*, Lugduni Batavorum, 1741, Ad. I. p. 4, 5. VI. 120-1-3-6.
2. *Traité Complet D'Anatomie*, par A. Boyer, a Paris, 1805, Tome IV. p. 191.
3. *Adriani Spigellii Opera Quæ Extant Omnia*, a Vander Linden, Amsterdami, 1645, p. 74.
4. *The Anatomy of the Human Body*, by John and Charles Bell, surgeons, Edinburgh, 1811, Vol. II. p. 102.
5. *Cours D'Anatomie Médicale*, par Antoine Portal, Paris, 1803, Tome III. p. 387.
6. *Bell's Anatomy of the Human Body*, Vol. II. p. 466.
7. *Cours D'Anatomie Médicale*, par Portal, Tome IV. p. 200.
8. *Œuvres de Vicq-D'Azyr*, Recueillies par Jacq. L. Moreau, a Paris, 1805, Tome VI. p. 114.
9. *Traité D'Anatomie Descriptive* de Xav. Bichat, par Philib. Jos. Roux, a Paris, 1803, Tome V. p. 38.
10. *Musculi, qui Ossi Hyoideo varie inhærent, his apellationibus distinguuntur*—Mylo-hyoidei, Genio-hyoidei, Genio-hyo-glossi, Hyo-glossi, Sterno-hyoidei, Omo-hyoidei, et Thyreo-hyoidei, Stylo-hyoidei; Vide *A Description of the Human Muscles*, by John Innes, Edinburgh, 1804, p. 28-32.
11. *A Short System of Comparative Anatomy*, from the German of J. F. Blumenbach, by William Lawrence, London, 1807, p. 323-332.
12. *Conspectus Medicinæ Theoreticæ*, auctore Jacobo Gregory, Edinburgi, 1790, Tom. I. p. 109, 114.
13. *Nouveaux Elemens de Physiologie*, par Anthelme Richerand, a Paris, 1807, Tome II. p. 540.

14. "Vox humana pro variis animi commotionibus ita variat, ut per diversos simplices adeo sonos, aut singularum vocalium aut consonantium sonitus solitudinem, angorem, dolorem, metum, aversionem, contemptum, ludibrium, indignationem, iram, desiderium, cupidinem, lætitiā, comitatem, blanditias, voluptatem, benevolentiam, tranquillitatem animi atque amorem exprimere et intelligere valeas."—Vide S. Th. Soemmerring de Corporis Humani Fabricā, Trajecti ad Moenum, 1801, Tom. VI. p. 117.
15. Pope's Ode for St. Cecilia's Day, v. 22-35.
16. Gregory, Conspectus Medicinæ, Tom. I. p. 314-5.
17. Elemens de Physiologie, par Richerand, Tome II. p. 347.
18. Designat se hac appellatione venustissimus Ennius Poeta Calabriensis. Vide Harris' Philological Inquiries, Vol. I. p. 106.
19. Hippocratis Opera Omnia, Gr. et Lat., Genevæ, 1657, Tom. I. p. 67, 69, 155-6-7, 178, 181, 492, II. p. 1185.
20. Anatomie Medicale de Portal, Tome IV. p. 525.
21. Nosographie Chirurgicale par Anthelme Richerand, a Paris, 1812, Tome III. p. 287.
22. Ed. Sandifort Observationes Anatomico-Pathologicæ, Lugduni Batavorum, 1779, Tom. III. p. 100-1.
23. Vide Edinburgh Medical and Surgical Journal, Vol. I. p. 317.
24. Job à Mee'kren et François de Vicq rationem habuerunt receptam. Vide Memoires de L'Academie Royale de Chirurgie, a Paris, 1774, Tome V. 513-19-20.
25. Doctrina hæc et experiētiā et laudatione Doctorum Ruysch, Louis, et Richerand, pathognomonis scientissimorum, comprobatur. Id. Tome V. p. 486-512.

FINIS.

